



**Rvperti Abbatis Monasterii Tvtiensis, Ordinis Sancti
Benedicti, Theologi antiqui ac planè clarissimi, in Cantica
Canticorum de incarnatione domini, Commentariorum,
libri VII**

Rupert <von Deutz>

Coloniam, M. D. XXVI.

Rvperti Abbatis Tvtiensis In Cantica Canticorvm De Incarnatione Domini
Commentariorvm Liber Secvndvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71845](#)

SORVPERTI ABBATIS
TVTIENSIS IN CANTICA CANTICORVM
DE INCARNATIONE DOMINI
COMMENTARIORVM
LIBER SECUNDVS.

Psal. 118.



ANTABILES MIHI ERANT (AIT
Psalmita) iustificationes tuae domine, in loco peregrina-
tionis meæ. Quis est locus peregrinationis nostræ, nisi p-
sens delectio mortalitatis & passibilitatis nostræ, quam &
alibi vallem lachrymarum appellat, in qua oportet patimur
ta, scilicet esuriam, fritum, cæterasq; miseras, & ad ultimum
ipsam mortem. Si ergo iam in tali loco, in tali peregrinatio-
ne cantabiles sunt iustificationes tuae, quanto magis in ci-
uitate tua domine? Quæ vero maiores iustificationes tuae
sunt iustificatiōibus, quas habemus uel intelligimus in uo-
cibus istis quæ dicuntur Cantica Canticorum? Ig̃l̃tis ui-

ribus, cunctis extensis rationalis cytharæ, scilicet corporis & animæ fidibus, istas iustifica-
tiones tuas cepta modulatione decantemus, te adiuuante sancte spiritus, quia nimis rūce,
leste canticum hic assūscendum est, ut nobiscum sciētia uel notitia eius in illo seculo iuste
perseueret. Secundæ perioches, id est, recapitulationis initii hoc est. Adiuro vos filie
Hierusalem per capreas ceruosq; camporum, ne suscitatis neq; euigilare faciat
dilectam, quo ad usq; ipsa velt. Quid (rogo) necesse fuit dilectam dormire? Neq; enim
parum necessaria fuit eius dormitio, cum tanta sit pro ea dilecti adulatio. Quid ergo necel-
se fuit eam dormire? Aut certe quid fuit illi dormire? Hoc enim perspecto, melius claret
bit q; necessaria eius dormitio fuit. Quid ergo illi dormire fuit? Profectò illud quod Euangeli-
sta uult insinuare, cum dicit: Maria autem conseruabat omnia uerba hæc, conferens in
corde suo. Iterumq; repetens alio loco dicit. Et mater eius conseruabat at omnia uerba hac
in corde suo. Hoc erat dormire, scilicet oris custodiā habere, & secretū sibi commis-
sum, propter tempus, quod malum erat, non propalare, ne perciperet Herodes dereglu-
dæorū, qui natus erat, ubinam esset. Itaq; necessariū valde fuit dilectam dormire, & inter
uerbosas filias Hierusalem nolle uigilare. Necq; enim deerant eiusmodi filiae Hierusalē, quæ
quamvis beniūolæ essent, non tamen scirent usq; quacq; oportunam habere taciturnitatē
& iccirco non expediebat, ut dilecta hæc de sanctæ contemplationis somno suscitata, co-
munem se illis faceret, & ad respondendum eis euigilaret. Et si alij quippiam loquebantur.
Verbi gratia: Pastores, quos aliqua dixisse certum est, Ait enim Euanglista, Et omnes qui
audierunt mirati sunt, & de his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos; & si inquam uel tunc
uel deinceps, propter multa mira quæ facta sunt, alij loquebantur, ipsam tacere & non in-
quietari condecebant, ne res nimis manifesta fieret, maioremq; perfecutionis ipsa labore su-
stinere, q; fuit illa fuga, qua in Aegyptum fugere oportuerat. Igitur adiuro vos filie Hie-
rusalē, ne suscitatis neq; euigilare faciatis dilectam, quo ad usq; ipsa uelit, id est, fortiter ob-
firmo mente dilecta, ne ante tempus loquendi denaret uobis, quid uel quomodo sibi fa-
ctum sit, etiam uos multum instanter inquiratis. Per quid adiuro uos; per capreas ceruosq;
camporum. Vere magnum adiuramentum: Nam & ego iurauī certus & capreis, scilicet
patribus uestris, regibus & patriarchis, maximeq; Abraham & David, facere uerbū istud
quod nunc feci, cum quo uidelicet uerbo dilecta dormit dormitione silentij competenter.
Si nunc suscantibus uobis, & illa omnibus respondentे, fama nimis crebræceret, & He-
rodes pueg; inueniret atq; occideret, euangelio nondum condito: quomodo iusurandum

Adiuro uos
p capreas &
ceruos,

Gene. 22.

meum ratum permaneret, quod iurauī ad Abraham patrē uestrū, in isto semini eius bene-
dicendas fore oēs gentes. Iccirco p illos patres uestros, uobis reuerēdos, adiuro uos. Vnde
patres illi capræ sive ceruis. Nimirū ex eo, q; sicut capræ ad instar autū ardua & excelsa
Hbr. 11. & 13. nent, in sublimi habitant, & in petris altissimis cōmorantur: sic illi manentē non quererunt
cūtūtē

COMMENTARIORVM LIBER II. XIX.

ciuitate sed meliore appetierunt, hoc est cœlestē. in casulis habitatēs & cōsideratēs quia pere
grini & hospites sunt sup terrā, & sicut cerui, cū aliqd serpētini generis comedērint, summa
agitata desiderat uenire ad fontes aquarē: ita illi scientes se à primis parētibus per serpentē
cotraxisse originale peccatū, desiderabāt nasci sibi iam dicta benedictiōis promissum fon
tem, in quo est remissio peccatorū. Inde est illud, Quēadmodū desiderat ceruus ad fontes
aqz, ita desiderat aīa mea ad te deus. **L**Ego dilecti mei, Ecce ueniet saliēs in mōtibus
transiliens colles. Similis est dilectus meus capre hinnulogz ceruorū. **D**ilecta
qñ uult, nō suscitata, neqz euigilare coacta: sed qñ uult, & ubi uult, & qbus uult, scripturaz
mysteria pādit, & loquit, & dicit: V ox dilecti mei, subaudit, talis est, qualē dictura sum: et
uocis eius. i. scripturaz, quæ ad ipsum & ad me pertinet, sensus hic est, quē expostura sum.
Voce ipsam, uerba ipsa dilecta quæ loquit mihi, iam dicerē, sed uos forte prius aliud au
dire uolit, cur tā diu dilatū fuerit hoc negociū, & prius q̄ meū cōueniret, tot generatio
nes prætierū, uidelicet Abrahā usq; ad David generationes quatuordecim, & à David
usq; ad trāsmigrationē Babylonis generationes quatuordecim, & à trāsmigratione Baby
lonis usq; ad ipsum generationes quatuordecim: sicut euāgelistā diligenter distinguit. Cur
aduentū suū tam diu distulit? Nū tardus est aut segnis? **I**mō uelocissimus in opere suo est
secundū testiōniū scripturaz, cuius uidelicet testimonij summa hāc est. Ecce iste ueniet
saliēs in mōtibus, transiliens colles. Similis est dilectus meus capre hinnulogz ceruorū. Di
cētū scripturaz propheticę, uelocitatē eius attestatē, Voca nomē eius, accelerā spolia de
tahere, festina prædarī. Itē: Et ecce festinus uelociter ueniet, nō est deficiēs, neqz laborans
in eo. Et multa his similia. Vnde ergo dilatio? Dicā. **L**En ipse stat post parietē nostrū
recipiens per fenestras prospiciēs per cācellos. **D**iligēter animaduertite, ut sciatis
rem. Non em̄ res parua est, quā dico parietē nostrū, propter quē tā morose uenitiste, qui &
antqz ueniret festinus & celer uocatus est, & cū uenisset, illud propter quod uenerat, tā cito
uelociter operatus est. Quid em̄? **Q**uām longū expendit tēpus in faciendo id quod de
ipso scriptū est, à summo ccelo egressio eius, & occursus eius usq; ad summū eius? Spacio
anno, paulo plus q̄ triginta duoz, tantā exultando cucurrit uā, saliēs atqz trāfiliēs, tanq̄ ca
prea siue hinnulus ceruorū, de ccelo in utez meū, de utero meo in crucē, de cruce in sepul
chrū, de sepulchro rursum in ccelū. **P**ropter quē ergo parietē nostrū tā diu morat̄ est, qui
tā uelox in opere est? Nimirū propter patiētē inimicitiaz, qui uō de uno tm̄ originali pecca
to, uerūtā de multis actualibus peccatis congestus est. Eoz uidelicet actualiū peccatorū
primū illud fuit, quod filiū Iacob filiū Isaac filiū Abraæ, ad quē primū repromissio facta fue
rat, s̄rem suū Ioseph per inuidiā in seruū uendiderunt, & ille quatuordecim annis seruuit.
Cū em̄ sedecim esset annoz, tunc uēditus est, & qñ eductus de carcere stetit in cōspectu re
gis Pharaonis triginta annoz erat. Itaqz sicut quodā loco iudex iustus. i. dñs dicit, iuxta nu
merū quadraginta, quibus cōsiderastis terrā, annus pro die imputabili, & quadraginta
annis recipiēt iniquitates uestraz: ita & illī iustū esse arbitremur iudiciū, ut diceret, lucta
num & quatuordecim annoz, qbus seruuit uēdit̄ Ioseph: generatio pro anno imputabili,
& quatuordecim generatiōibus semē qd promisi patribus uestris distaret, qd est Christus.
Igit̄ ab Abraham, inquit, usq; ad David generationes quatuordecim, subaudit, & Christus
nō uenit, & eo usq; distulit eū iratus dñs: unde & Moyses loco supra dicto cōgemuit. Por
rò David, in quē generationes quatuordecim terminate sunt, cū tā & ipse promissionē acce
pser̄, etandē cū iuramento dñi, peccauit & ipse nō minus q̄ priores illi. Vriā Etheū percussit
gladio, & uxorē eius tulit. & interfecit eū gladio filioz Ammon. Itaqz nō minus super hoc
irasci debuit dñs, q̄ dudū fuerat iratus et iccirco à David usq; ad trāsmigrationē Babylonis
(ait) generationes quatuordecim subaudit, & Chrs nō uenit. Porrò in tāsmigratiōe Babylo
nis que pena fuit trāsmigratiō illis, nō minoris erat peccati uel criminis, qd reges Iuda, ma
xime qz Manasses, sanguinē innoxii fuderant multū, donec impleret Hierusalē usq; ad os.
absq; peccatis suis quibus peccare fecerint Iuda, ut faceret malū corā dñi. Igit̄ & à trā
smigratiōe Babylonis usq; ad Christū generatiōes quatuordecim subaudit, & nō nisi post
totū generationes, id Chrs uenit. Post huiusmodi parietē nostrum en ipse stat, id est propter
Fenestre sun
totū generationes, id Chrs uenit. Post huiusmodi parietē nostrum en ipse stat, id est propter
Fenestre sun
prophetæ,

Psal. 41.

Questio, Cur
Christi aduē
tus tā diu dis
latus fuit.
Matth. 1.

Christus non
tardus, sed ue
locissimus est.

Esa. 2.
Esa. 5.

Psal. 18.

Paries inimi
citarū, dilat
onis cā fuit.

Gene. 37.

Gene. 41.

Nūe. 14.

Generatio p
uno anno cō
putatur.
Mat. 1.
Nūe. 14.
Psal. 22.
z. Reg. 11.

4. Reg. 21.
z. Par. 33.

XX. RUPERTI IN CANT. CANTICO. CAP. II.

quam) respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos, id est, uisitans nos per prophetas memor nostri propter patres nostros. Nam fenestrae in hoc pariete fuerunt Moyses & prophetae, sui quicq; tempore intra multitudinem peccantium, in ipsa congerie peccatorum claruerunt, parietem non ita eontignum esse finentes, quin dilectus haberet aditum, quo huc introrsus respiceret, & uocem audibilem daret, locutionem intelligibilem faceret.

¶ Porro cancelli, scilicet anterior pars aedificij, fuerunt Abraham, Isaac, & Jacob, primi patres generis nostri, per quos in eo prospexit, q; propter eos misertus est nostri, recordatus est quod eis promiserit, quid surauerit, hoc est quod ipsa cecini. Suscepit Israël puerum suum recordatus misericordiae sua. Sic uocatus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in secula. ¶ Et dilectus meus loquitur mihi. Surge propera amica mea, columba mea, formosa mea, & ueni. Jam enim hyems transiit, imber abiit & recessit, flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit: vox turritus aperta est in terra nostra, ficus protulit grossos fructus, vinee florentes odorem dede- runt. ¶ V erba ista profecta de syderantis uerba sunt. Quid autem est de syderium dilectum, uel quid amor eius, nisi charitas, nisi spiritus sanctus? Tali utiq; de syderio de syderare, cum amore recte dicitur amare, dicitur etiam latari, ut illic. ¶ Attributus dominus in operibus suis. Quinetiam petere dicitur, nimirum eodem de syderio, iuxta illud in Deuteronomio. Et nunc Israël (inquit Moyses) quid dominus deus tuus petit à te, nisi ut timeas dominum deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum? Amplius autem non solum petens, uerum etiam ualde optans animo loquitur, cum item in Deuteronomio dicit. Bene omnia sunt locuti. Quis det talem eos habere meutem, ut timeant me, & custodiant universam data mea in omni tempore, ut bene sit eis & filiis eorum in sempiternum. Et in Isaia dicit: Ut timam attendisse mandata mea, facta fuisset sicut flumen pax tua, & iustitiatu sicut guttites maris. Hæc & his similia multa scripta sunt, testantia quietum dilecti de syderum, charitatem impassibilis, non passionem, sed delectationem, qua semper optauit, semper cupiuit id, quod uile esset creaturæ suæ humano generi. Quod si unquam aliquid recte dicitur optasse uel de syderare, quanto magis istud, in quo est summa salutis, istam plenitudinem temporis, in quo fieret ex muliere fieret sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret ut adoptionem filiorum recipieren. Igitur hæc uerba dilecti, loquentis mihi, surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & ueni, & cætera. sic accipite quasi uerba de syderantis, tanquam festinantis, & optantis, iam adesse materiam tantæ salutis, scilicet me, cuius caro illimateria foret assumenda carnis. Tanquam presenti loquebatur mihi, meque iubebat surgere & properare, id est, nasci & hospitiū ventris mei sibi cito præparare. ¶ Et reuera priusquam nascerer, illi præsens aderam, antequam fierem bene illi cognata fueram. Si enim dicitis & uere dicitis, quia elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essem sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, nonne & de me recte sentitis, & recte sentiendo dicitis, quia elegit me ante mundi constitutionem, ut essem sancta & immaculata in conspectu eius in charitate? Et si sapiam, ut ipsa restatur, iam antequam fieret, iudicium erat coram eo in orbe terrarum, & deliciæ eius cum filiis hominum: quanto magis ludens erat, & deliciabatur cum ista ancilla domini, miraculo cunctorum filiarum uel filiarum hominum. ¶ Surge (inquit) propera amica mea, columba mea, formosa mea, & in his omnibus. Eua opposita. Eua namq; quasi inimica, Eua quasi uipera, Eua quasi deformis & ignominiosa, Mihi inimica, uirto suo uipera, sibi met confusa ignominia. Inimica per superbiam, qua intus tumuit, uipera per maliciam, quam ex serpeute concipiens, foris tentata facile cessit: ignominiosa per pruritum libidinis, qua statim scaturire coepit: Vnde & nudans cognoscens, folio pudenda contexit. Tu autem amica mea per humilitatem, columba mea per charitatem, formosa mea per castitatem. Tu contra deum non tumuisti, immo mente humili altissimo complacuisti, & ecce amica es. Tu serpenti aurem non præbuisti, immo intieras inter te & serpentem ego posui, & ecce columba es. Tu nuditatem libidinis non incurristi, immo spiritus sanctus obumbrabit tibi, & ecce formosa es. Veni ergo Manaueni, nam Eua ad latebras fugit. Veni & crede angelo euangelizanti, nam EVA creditis serpenti susurranti, Veni & contere caput serpentis, nam EVA & capite illesta, & ventre ob

Cancelli sunt
patriarchæ.

Lucæ. 1.

Defyderiū fi-
lij dei pro la-
lute gñishus
mani acceles
randa.

Psalm. 103
Deut. 10.

Deut. 5

Isai. 43.

Gala. 4.

Maria aī cō-
stitutionē mū
di electa.

Ephe. 1.

Prouer. 8.

Maria in om-
nibus oppo-
sita Eua.

Geue. 3

Lucæ. 1.

ventre oblectata et cauda est obligata serpentis. Veni et dic, ecce ancilla domini: nam Gen. 3.
 Eua se abscondens pariter & defendens, serpens (ait) decepit me, & comedi. Haec est uox
 dilecti mei, & haec loquitur mihi. Surge, propera, & ueni. Surge per fidem, propera per
 spem, ueni per charitatem. Iam enim hyems transiit, imber abiit & recessit, flores apparuerunt,
 erant in terra nostra, tēpus putationis aduenit. Vox turturis audita est in terra nostra, fucus
 prulit grossos suos, vineæ florentes odorem dederunt. ¶ Ecce enim æquinoctiū uernum
 iam præterit, & adeit festiuitas paschalis, dum haec loquitur tibi, dum foris angelus annun-
 ciat, & ego intus uocem sequor annunciantis: quo tempore sine dubio, secundum cursum
 solis & naturam aeris, hyems iam transiit, imber abiit & recessit. Ex ipa ergo qualitate tem-
 poris auspiciu[m] cape magnæ felicitatis, quia per istud quod dicitur tibi, quod agitur tecu[m],
 transiit, id est, certissime pertransiit hyems peccati, abiit & recessit, id est, certissime abibit
 & recedet imber iræ cœlestis, quæ uidelicet hyems ex eo uenit, quod Eua, iam dicta, fugi-
 ens abscondit se à facie dei, & qui imber in circo terram, id est, omne genus humanum, uer-
 bauit, quia peccauit. Hic est imber, haec est ira cœlestis. Multiplicabo ærumnas tuas &
 conceptos tuos, & cætera usque, quia puluis es, & in puluerem reuertaris. Hic talis imber
 abiit & recessit, id est, certissime abibit & recedet per me fructum uentristui. Tunc appa-
 ruerunt, id est, certissime apparebunt flores multi, flores sancti ac diuersi, alijs uidelicet mar-
 tyrio rubicundi sive purpurei, alijs confessione sive ad imitationem nostri uirginitatis in cor-
 ruptione candidi. ¶ Tunc & tempus putationis aduenit, & mox aderit, ut amputentur ea,
 quæ superflua sunt legis, dicaturq[ue] floribus sive florentibus campis & arboribus nostris.
 Visum est enim spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere uobis oneris, quam haec ne-
 cessario, ut abstineatis uos ab immolatis simulachrorum, & sanguinem, & suffocato & for-
 nicatione, & ea quæ uobis non uultis, alijs ne feceritis: A quibus custodientes uos, bene-
 agis. ¶ Tunc & uox turturis audita est, id est, certissime audietur in terra nostra. Vox (in-
 quam) turturis, nimirum paruula quidem, sed castissimæ avis, scilicet prædicatio euange-
 li, cuius initium est pulchritudo nostræ castitatis & uirginitatis conceptus tui: audita est, id
 est audietur, in terra nostra, in ecclesia nostra, in uniuersa terra. ¶ Tunc ad uocem huiuscet-
 modi turturis fucus prulit, id est, certissime proferet grossos suos, vineæ florentes dede-
 runt, id est, certissime dabunt odorem. Fucus inquam, id est, synagoga proferet & iactabit
 opera uel iusticias suas, sed cadentibus huiusmodi fiscis ipsa remanebit effera, & ego ueni-
 ens ad eam, & querens fructum, non inueniam. ¶ Vineæ autem florentes, id est, gētes cre-
 dere incipientes, dabunt odorem, id est, bonam opinionem, ita ut amici gratulentur & dis-
 cant. Primum gratias agimus deo nostro per Iesum Christum pro omnibus uobis, quia fi-
 des uesta annunciatur in uniuerso mundo. ¶ Surge amica mea, speciosa mea, & veni
 columba mea, in foraminibus petre, in cauerna macerie. Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Gloriam enim tua dulcis, & facies tua decora. I
 literum uox dilecti mei iterum loquitur mihi & ad surgendum initiat, eisdem nominibus
 me compellat: surge (inquietus) amica mea, speciosa mea & ueni columba mea. Et protinus
 acsi quererem, quo ego surgam, ubi uel in quo ero columba gemituosa, in foraminibus (in-
 quis) petrae, in cauerna maceria. ¶ Scit enim situm uel habitum mentis meæ, quia clavi e-
 te: Foderunt manus meas & pedes meos: & lancea lateris eius, quam similiiter præuidebā,
 & in propheta legebam: Videbunt enim (ait Zacharias) in quem transfixerunt: Clavis (in-
 quis) eius & lancea iam essent animæ meæ uulnera, & in ipsis gemerem sicut colubā. Dis-
 cebat ergo. Columba mea, in foraminibus petræ in cauerna maceria, id est, anima gemitu-
 osa propter fixuram clavorum, qui sum petra: propter uulnus lateris mei, qui sum maceria.
 ¶ Nam ego unus idemq[ue] alia petra & alia maceria. Videlicet ubi adhuc mortalis et passi-
 bilis eram, ibi ego maceria: ubi autem iam resurrexi à mortuis, ibi uel extunc petra solidissi-
 ma: sed non disparuerunt in petra iam impassibili cauerne sive foramina, quæ facta
 fuerant in maceria adhuc passibili, immo apparebunt eadem in die iudicij. ¶ Age quod
 agis, contemplare quod, contemplari, atq[ue] hoc modo semper ostende mihi faciem tuam,
 ostendendo corrige quod Eua peccauit et abscondit à me faciem suam. Vbi abscondit?
 In me?

Festū annuns-
tationis uer-
no tempore.

Hyems peti-
ber iræ dei.

Gene. 3.

Duplices
flores.

Tps putatōis

Actu. 15

Vox turturis

Ficus, prulit
grossos suos.

Mat. 27.
vinc[er] florētes

Roma. 1.

Psal. 27.

Ch[ristus] & petra
& maceria.

Ostende mihi
faciem tuam

XXII. RUPERTI IN CANT. CANTIC. CAP. II.

Geue. 3. In medio ligni paradyfi, uidelicet in eodem, in quo peccavit. Nam de ligno quod est in me-
dio paradyli (ait) præcepit nobis dominus, ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne
forte moriamur. Comedit, & cum audisset uocem domini dei, abscondit le (ait scriptura) à
facie domini dei in medio ligni paradyfi. Ergo in quo peccauit, in eodem se abscondit, ut
pote quæ in peccato suo sibi complacuit, & peccatum suum defendat. Non ostendit mihi
faciem suam, cum dicerem, ubi es? non sonuit uox eius in auribus meis, uox confessionis,
quæ sonare debuisset, saltem, cum dicerem, quare hoc fecisti, sicut & quando benedixi ei,
& uiro eius dicens: Crescite & multiplicamini, non sonuit uox eius in auribus meis: nullū
enim cantauit canticum gratiarum actionis pro tam magno beneficio, quo illam consti-
ebam matrem tantæ generationis, possessoræ tantam hæreditatem regni dei. ¶ Tu autem
ostende mihi, sicut & ostendis, faciem tuā: sonet uox tua in auribus meis, & audiā ego,
audiant & amici, quoq; unus uel primus audiuist, cū adhuc esset clausus in utero matris luce-

Sonet uox
tua in auri
bus meis.

Luce. 1.

& exultauit ad uocem tuā, quæ hoc modo sonuit in auribus meis. Magnificat anima mea
dominum, & exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Ibi ad uocem meā & uocem tuā

Iohan. 3.

audire atq; exultare coepit. Vnde & quodam loco dixit. Qui habet sponsam, sponsus est;
Amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter uocem sponsi. Hoc et
go gaudiū meū impletum est. Igitur quia & amici aufcultant, & me delectat uidere faciem
fidei, & audire uocem confessionis atq; gratiarum actionis, ostēde mihi faciem tuam, sonet
uox tua in auribus meis. ¶ Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. In quo uox tua dulcis:
In eo uidelicet, quod columba mea es, & intenta in foraminibus iam dicitis, ita sicut colum-
ba gemitum pro cantu habes. Canendo gemis, gemendo canis: & ipsa exultatio, quæ exul-
tauit spiritus tuus in deo salutari tuo, plena est gemitib⁹, plena lachrymis. In quo facies
decoras? In eo uidelicet, quod magna est fides, magna est humilitas. Iste est decor quem cō-
cupiuit rex: quemadmodum Psalmus dicit. Audi filia & uide, & inclina aurem tuā, & ob-
liuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupisces rex decorum tuum. ¶ Lapi-
te nobis vulpes paruulas, que demoliuntur vineas. Nam vinea nostra floruit. ¶

Matth. 2.

Lucæ. 13.

Matth. 2.

Ibidem.

Psal. 59.

Vinea nostra
Christus est.

¶ Vinea illa quæ nostra est, uinea uel uitis, uinea propter quam
cæteras demoliuntur vineas, inter quas ista sic latuit, quemadmodum uirga una gracilis
in magna sylua latere solet ob paruitatem sui, uinea (inquam) nostra hæc storiuit. Fru-
ctus eius adhuc flos, & non botrus est, nondum maturuit, & iccirco damnosum nis-
sus eius huiusmodi uineam uel florem eius succidi uel demoliri. Crescat prius, & de
flore proueniat fructus: condatur euangelium, & cognoscatur de signis & uirtutibus
ueniente sanctum sanctorum, atque hoc erit, florem ueniente in fructum, & maturuisse
botrum. ¶ Tunc, si fuerit succisus huiusmodi botrus, custodiatur, atque in uero cru-
cis portetur, ut experimento resurrectionis & dulcedinis eius cognoscatur, qualis terra
quale sit regnum eius, ad quod non pertinent uulpeculae istæ quæ vineas demoliuntur. Si-
cut olim duo uiri de exploratoribus, quos misit Moyses ad explorandam terram promisit,

on
tes
bus
tur
re u
pa
me
hi;
uoc
elig
usp
le u
terr
& in
ufa
rum
tim
an ne
is. C
coxit
illus
sunt
geli
ad ec
seric
ange
unus
scend
non
med
buic
done
& eg
delice
dilect
est, qu
Dixit
utru
ctoru
les fi
haut ill
reor
pone
ita effi
uicia
qualit
uene
davit

onis, palmitem cum sua deportauerunt in uete cum cæteris frugibus terræ dicentes. V enim in terram ad quam misisti nos, quæ reuera fluit lacte & melle, ut ex his frugibus cognoscí potest. Illius rei gestæ mysteriū obseruetur, & tam diu uinea nostra defendatur à vulpibus, donec flos eius botrus fiat præmaturus, ex suo sapore cognoscendus, & terrenum experimentum mundo præbiturus. **Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur umbrae.** Hoc est unde beatam

Num. 13.

medicent omnes generatio nes, quia dilectus meus mihi, & ego illi. **Quomodo enim ille mihi, & ego illi, nisi sicut per prophetam dictum est: Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel: butyrū & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligeret bonum?** Ita enim ille mihi, & ego illi, nec opus est dicere uerbis: quia mente mellus potest percipi, immo nec uerbis exprimi, nec mente potest comprehendendi siue aestimari, qua-

Historia iustitiae
de angelis circa Abraham
& Lot.

le ueritatem hoc sit. **R**ecordemur hic etiā veteris historiæ, per quā colligi potest, q̄ sit terrible id qđ sub uerbis continetur tam iocundis, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies & inclinentur umbrae, simulq; quād serio de Emmanuel sit dictū, butyrū & mel comedet, ut sciat reprobare malū, & eligere bonum. **Quæ est illa uetus historia? Clamor Sodomo-**

Gene. 18

nū & Gomorrah (ait dominus ad Abraham) multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. Descendam, & uidebo, utrum clamorem, qui uenit ad me, opere compleuerit non est ita, ut sciam. Veneruntq; duo angeli Sodomam, sedente Lot in foribus ciuitatis. Compulsi illos oppido, ut diuerterent ad eū. Ingressi sij domum illius, fecit coniuuum coitazyma, & comedenterunt. Prīus autē q̄ irent cubitum, uiri ciuitatis uallauerūt domum illius à puerō usq; ad senem omnis populus simul, uocaueruntq; Lot & dixerunt ei. Vbi sunt uiri qui introierunt ad te noīs? Educ eos huc, ut cognoscamus eos. Et quidē duo angeli uenerant, sed diligenter animaduertendū, quia sic deinde scriptū est. Dixit quoq; Lot ad eos. Quæso domine mihi, quia inueniūt seruos tuos gratiam corāte, & magnificasti mihi recordiam tuam, quam fecisti mecum, ut saluares animam meam, &c. Ergo & in tribus angelis, qui uenerant ad Abraham meridie, & in duobus qui uenerunt Sodomam uespere unus idemq; agnoscendus est deus, qui & per ipsos operabatur, & in ipsis loquebatur. descendam (inquietus) & uidebo, utrum clamorem, qui uenit ad me, opere compleuerint, an non est ita, ut sciam. Igitur & de illo tempore iam præterito recte dicas, butyrū & mel comedet, ut sciat reprobare malū & eligere bonū, quoniā & apud Abraham & apud Lot habuit coniuūt, ut tantillius mali caperet experimentum, & pascebatur apud illos tam diu, donec aspiret dies & inclinentur umbrae, id est, usq; mane. Sic enim scriptū est. Cunq; ei, set mane, cogebant eū angeli, dicentes. Surge, tolle uxore tuam & duas filias quas habes, ne & tu pariter pereas in scelere ciuitatis. O q̄ terrible i. npis, & q̄ uenerabile est pijs, id qđ secundū similitudinem illius rei gestæ intelligitur in uerbis istis. Pascitur (inquit) inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur umbrae. **Quæ nam sunt lilia, nisi amicus dilecti Joseph & ego dilecta, cui dicit, sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias. Vere ambo lilia, uis delict pro uirginibus nuptijs & cohabitatione castissima. Inter huiusmodi lilia pascitur dilectus, donec aspiret dies, & inclinentur umbrae: comedit Emmanuel butyrū & mel, id est, qualemcumq; uictum necessarium corpori, ut sciat reprobare malū & eligere bonum.**

Gene. 19.

Dixit enim ipse olim, clamor Sodomorum & Gomorrah uenit ad me, descendam, & uidebo utrum opere compleuerint, an non est ita, ut sciam. Dicit & nūc quia clamor sanguinis sanctorum prophetarum, quem estuderunt Iudei, uenit ad me, descendam ut uideam, utrum tales sint an non est ita, ut sciam. **F**acturus quippe sum uniuersale iudicium, cuius exemplū fuit illud Sodomæ incendium sulphureū, iuxta illud, & ciuitates Sodomæ & Gomorrah, reorum in cinerem redigens, euersione damnauit, exemplum eorum, qui impie acturi sunt, ponens. Quod si illud in Sodomis non feci iudicium, nisi prius experimento scirem utrum ia esset an non: quod magis antequam faciam illud uniuersale iudicium, debo experiri, ut sciam reprobare malum, & eligere bonum, sic incipiens, poenitentiam agite, appropinquarent mensurā patrū suorū, occidendo me dominum prophetarum, sicut prophetas occiderūt patres eorum, tūc incipiet iudiciū fieri à cæcitate ipsis, secundū similitudinem Sodomæ.

Joseph & Maria duo lilia.

Sic enim

Gene. 19.

z. Petri. 2.

Matth. 4.

Matth. 23.

XXIII. RUPERTI IN CANT. CANTI. CAP. II.

Gene. 19. Sic enim dictū & sic factum est. Et ecce miserunt manū uiri, & introduxerunt ad se L^{et}ū clausurū ostium, & eos qui foris erant, percusserunt cæcitatē, à minimo usq; ad ultimū ita ut ostiū inuenire non possent. Ita cæcitas continget in Israël, in his qui non tam Israëli, tæ q̄ Sodomitæ sunt, iuxta illud Esaiæ. Audite uerbū domini, principes Sodomorū, auribus percipite legem dei mei populus Gomorrah: ¶ Cunq; aspirauerit dies, subauditur resurrectionis meæ, & inclinatæ fuerint umbræ peccatorū & ignorantiarū, in h̄s uidelicet qui pœnitentiam egrent, tunc subuertam illos, sicut mane illo subuerti Sodomam & Gomoram, non q̄ reliquiæ non remanebunt, iuxta illud propheticum. Subuerti uos sicut subuertit deus Sodomam & Gomorrah, & facti estis quasi torris raptus de incendio. Item, Nisi di minus exercituū reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuistemus, & quasi Gomora similes essemus. Hæc dilectus mihi. Et quid ego illi? Reuertere, similis esto dilecte mīa p̄rē aut hinnulo ceruorum super montes Bethel. Quid erat hoc dicere, nisi orare pro salute reliquierum gentis meæ? Nunquid em ego erga gentem meam minore cōp̄alōnem haberem compassionē uel charitatem amicorū, scilicet prophetarum & apostolorū? Exempli gratia. Quare (inquit Esaias) errare nos fecisti domine de uijs tuis, indurati cornu strum, ne timeremus te? Conuertere propter seruos tuos tribus hereditatis tuarū. Apostolus autem. Veritatem (inquit) dico in Christo non mentior, testimonium mihi perhibente cōscientia mea in spiritu sancto, quoniam tristitia est mihi magna & continuus dolor cordi meo, &c. Igitur & me non dubiū eis postulasse pro salute reliquierum gentis meæ, cuius uidelicet postulationis summa hæc est. Reuertere, similis esto dilecte mi capreæ aut hinnulo ceruorum super montes Bethel, id est, propter patres domus dei, hoc enim interpretatur Bethel. Cæcitas quidem continget in Israël, ita ut te inuenire nō possint qui dicis, ego sum ostium, secundū supradictam similitudinem Sodomitarū, quos percussisti cæcitatē, ita ut non possint inuenire ostiū, sed reuertere super montes Bethel, id est, sicut Esaias dixit, conuertere propter seruos tuos, recordare misericordiæ tuæ, sicut locutus es ad patres nostros: ut saltem, cū plenitudo gentium subintrauerit, tunc omnis Israël salvius fiat. Alter. Reuertere, similis esto dilecte mi capreæ aut hinnulo ceruorum super montes Bethel. Qui palceris inter lilia, donec aspirez dies, & inclinentur umbræ, qui ut scias reprobare malum & eligere bonū, buryrum & mel comedis, & hoc inter lilia castitatis, quæ sunt optimis, pater & ego uirgo mater, cū aspirauerit dies & inclinatæ fuerint umbræ, reuertere, id est, diluculore surge, ualde mane, orto iā sole, plena luce reparatiōis nřæ, inclinatis atq; destruciis umbris mortalitatis nřæ. Cito reuertere, noll moras facere, q̄a anima mea a desideriat. Scio quidē ga cito reuersur es, iuxta illud propheticū. V iuificabit nos post duos dies, in die teriasulcabit nos, & uiuemus in conspectu eius, & iuxta quod ipse dixisti, sicut fuit lonus in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terra tribus diebus & tribus noctibus. ¶ Tridui quidem tempus breve est, sed dilectæ & columbarū tūra desiderianti & gementi uulnerante mente, non satis dilectæ mi festinatū est. Abbrevia hoc ipm̄ triduum, & similis esto in reuertendo capreæ aut hinnulo ceruorum, id est, velocissimus esto ad peragendū cursum tuum. In corde terre, id est, in sepulchro tuo non totū expendas triduum. Sufficit ad cōplendam ueritatem scripturarū, si partem exiguat primi diei, id est, tres horas novissimas, & partem aliquam diei tertij, scilicet sex horas, quod est dimidium noctis cū die secundo, id est, cum sabbato iacens in sepulchro translegeris. Nam tres integræ dies horæ septuaginta duæ sunt. Hoc es et nimis longū. ¶ Sufficiunt horæ triginta tres, q̄ numerus ex duobus ternarijs, deceno & singulari, cōpositus est. Beata m̄ trinitatem, cui primus homo peccauit, in te & per te & de te ipso, dilecte mi, caro mea & sanguis meus, deus meus & dominus meus, placari oportet; sed hoc fiat celerrimè & multū festinanter, sicut capreæ uel hinnulus ceruorum in montibus celerrimus est: secundū nomen tuū, quo per prophetam iussus es vocari, accelera spolia detrahere, festina prædari. ¶ Vix igitur expectatis triginta tribus horis, reuertere super montes Bethel, id est, resurge & appare principibus dom' del scilicet apostolis tuis & mihi, cuius maxime, sicut & illoꝝ, imd & multo plus q̄ illoꝝ, tu es grande desideriū, iuxta illud patriarchæ Jacob dictū ad Joseph filiū decorum. Benedicō nes patris tui confortatae sunt benedictionibus patrū eius, donec ueniret desideriū collū eternoꝝ.

eternor. Quam ueraciter ille te appellauerit desideriu, ego maxime in visceribus meis excepta sum, & hoc amicis est intimandū. In lectulo meo per noctes quesui quē dili git anima mea. Quesui illū & non inueni. Surgā & circuibo ciuitatē per vicos & plateas, querā quē diligit anima mea. Quesui illū & non inueni. Inuenierūt me vi giles qui custodiunt ciuitatē. Num quē dilexit anima mea uidistis? Paululū cum pertransisset eos, inueni quē diligit anima mea. Temui eū, nec dimittā, donec introdū illū in domū matris meę, & in cubiculū genitricis meę. Hoc sentitis o ami ciū ubiſmetipſis, quicūq; habetis sanctū dilectionis spiritū, quicūq; diligitis dominū deū ex toto corde, ex tota mēte & ex tota anima. Hoc inquā sentitis uos amici, & uos filię Hierusalē, quia magnū in ista dilectione est desideriu. Quāto uicinior iste dilectus habetur, tan to uehemētius desiderat. Qui habent, habere desiderant; qui uidēt, uidere desiderat. Nam angeli uident, & tñ scriptura teste, desiderat in eum prospicere. Ego aut, nō utcunq; habui aut uidi eum, sed in utero gestau, & genui eū, & ei mater lac prabui, & diligenter contemplata sum. Quid putatis, quot no ētes duxi peruigiles uidendo & audiendo eum? Non em sufficiebat dies ad tñ desideriu, sed totis noctibus in lectulo meo, in cubiculo meo per vigil souebā & adorabā paruulū, audiebā & adorabā iam adultū, cū intra dulcia colloquia per oculos suos oculos corporis, transunderet mihi suę diuinitatis aspectū, ita tamē contē perans, ut tolerare possem, quē tremunt angeli & uirtutes celoz, iuxta illud quod auditis eum dicentē in hoc ipso libro Canticor. Auerte oculos tuos à me quia ipsi me auolare fecerunt. Ita in lectulo meo habui eū, sed deinde contigit mihi, ut ibi nō inuenire eū. Dixit em. Quid mihi & tibi est mulier? Iam ex quo baptizatus est à Iohanne, fieri cooperat, in le dulo sue in cubiculo meo in illo habitationis meae secreto ut nō inuenire eū. Nam statim ductus est in desertum à spū, & deinde regressus, euangeliū meis preposuit affectibus, ita ut dicter. Quid mihi & tibi est mulier? Sed & alios docuit, ut similiter facerent, ut scilicet pater & matre propter euangeliū reliquerēt. Itaq; desiderio quārebā & nō inueniebā eum, ut solitaria possidēt solitariū. Dixi ergo: Surgā & circuibo ciuitatem per vicos & plateas, querā quē diligit anima mea. Dixi & feci sic. Cū em̄ circuiret per ciuitates & castella, præ dicans euangeliū regni dei, ego sequebar & quārebā eū. Quæsui illum & non inueni. Ille em̄ intentus nego, me matrē suam agnoscere quodāmodo dissimulauit. Deniq; et quadā die, cū loquente eo ad turbas, dixisset ei quidā, ecce mater tua & fratres tui foris stāt querētes te, ipse respōdens dicenti sibi ait: Quę est mater mea & qui sunt fratres mei. Et ex tendens manū in discipulos suos dixit. Ecce mater mea & fratres mei. Quicunq; em̄ fece ita voluntate patris mei qui in coelis est, ipse meus & frater & soror & mater est. Hoc modo me matrē suam agnoscere dissimulauit. Hoc est quod dico, quæsui illum & nō inueni. Post hæc iuxta crucē eius steti. Sed nunquid hoc mihi fuit inuenisse dilectū? Imò fuit mihi inue nisse gladiū, qui & pertransiuit animā meā. Sepultus est, clausum & signatū fuit monumen tum. Et ego quali mente quārebā eum? Quali desiderio desiderabam eum, sciens eum esse à mortuis resurrectus? Inde nō inueni illum. Inuenierūt me uigiles, qui custodiunt ciuitatem. Qui uigiles, uel quā custodientes ciuitatē? Discipuli eius quia ad hoc erant dispositi: ut custodirent imò ut aedificarent ciuitatē uerā Hierusalē de qua uel ad quā ipse dilectus, per Elaiam dixit. Super muros tuos Hierusalē constituit custodes, tota die & tota nocte nō tas cebunt laudare nomen dñi. Isti uigiles iam tunc uigilabant, quia lugentes & flentes somnum non capiebant, Isti uigiles me inuenierunt, & mulieres, quæ tota nocte uigilantes uenerūt ad monumentū, quæ & emerant aromata ut uenientes ungerent eum, inuenierūt me bonū certatim afferendo nunciū, quod resurrexisset, & quod uidissent eū. Et ego inquā, Num quē dilexit anima mea uidistis? V idimus aīt, uidimus dominū, Surrexit uere & ap paruit Symoni. V iflus est & duobus euntibus Emaus: & deinde stetit in medio nostrum & dixit, pax uobis & ostendit nobis manus et latus: & partē piscis assi & fauū mellis: & manū ducat corā nobis & dixit. Hæc sunt uerba quæ locutus sum ad uos: cū adhuc essem uobi scum &c. H̄is atq; alijs modis uidimus eū ipsa tertia die qua resurrexit. Hęc mihi dixerunt uigiles illi. Ego aut sic illū inuenire cupiebā, ut iam nemo despiceret me dicentē inueni illū, uigiles illi. Ego aut sic illū inuenire cupiebā, ut iam nemo despiceret me dicentē inueni illū, & ita factū est. Nam paululū cum pertransisset eos, inueni quem diligit anima mea

Desideriū sanctorū & angelorum uidendi Christum.
I. Pet. 1.
Desiderium Mariæ.

Cantic. 6

Iohan. 2.

Matt. 10. & 19
Quæsui illum & nō inueni.
Luc. 9.

Matt. 12

Iohan. 5
Luc. 2
Matt. 27

Inuenierūt me uigiles Ap̄si.

Efa. 62.

Matt. 28.
Marc. 16
Luc. 24.

Iohan. 20
Nunciū de re surrectione CHRISTI